

1512. 7. Aprilis

Ex MS: Archi. Magi Ducis Litt.

777

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam.

250

Ea que geruntur in tempore simul pretereunt cum tempore nisi durabilitate scripturarum, et textuum fidedignorum annotatione communicantur. Proinde Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie Magnus dux Lithuanie, Rusie, Prusie, Carnogitiaeque etc. Dominus et heres, significamus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris harum notitiam habituris. Quomodo in Nostra et consiliariorum nostrorum hic nobiscum existentium presentia. Constitutus personaliter Magnificus Johannes Sapieha Galatinus Vioblenis Marschallus et Supremus Secretarius noster Magni Ducatus Lithuanie, Capitaneus Braclaviensis sincere nobis dilectus curiam suam Bereznieza nuncupatam intra Belthen et districtu ejus consistentem tibi per nos donatam parte ex una, et Nobiles Stanislaus Monthegewicz cum nepote suo Jwasko Alebowicz tenigena Myelnierensis subditi nostri Magni Ducatus nostri Lithuanie

manu

manu conjuncta, villam Bothsky nuncupatam, in districtu Mielniczeni super Fluvio Nur consistentem et jacentem, eisdem per Serenissimum Principem Dominum Alexandrum olim Poloniae Regem, et Magnum Ducem Lithuaniae etc. Germanum et praedecessorem nostrum carissimum similiter donatua heredes partibus ex altera, non compulsi, non coacti, nec aliquo errore devio seducti, sed matura Deliberatione, ut dicebant intra se prehabita, amicorum, que suorum Salubri freti consilio, talem inter se fecerunt de consensu nostro commutationem, Dando terram pro terra, hereditatem pro hereditate, ita videlicet, quod idem Magnus Johannes Sapieha, curiam suam Berezna supra nominatam pro villa Botshij dictis Nobilibus Stanislas Moutheperwier, et Jwasko Flebowier, et Similiter dicti nobiles Stanislas Moutheperwier, et Jwasko Flebowier villam suam Bothsky supra dictam, pro curia Berezna, eidem Magnifico Joanni, hinc inde per modum commutationis Dederunt possessionem eandem

eundem bonorum tibi invicem assignan
 et introversionem realem et actualem
 sps similiter invicem in Curiam uve
 villam prefatas, juxta consuetudinem
 terre illius admittere perpetue et in e
 um. Insuper prefatus Magnificus Jo.
 annes Sopha ibidem in presentia
 nostra et Consiliariorum nostrorum, tunc
 nobis assistentium humiliter supplica
 vit. Quatenus villam prefatam vide
 licet Bothkij nuncupatam in districtu
 Mielniezeni villam per Reverendissimum
 Principem Dive memorie Alexandri
 Polonie Regem, et Magnum Ducem
 Lithuanie etc. Pimanum et predecesso
 rem nostrum Casimium. Dicitis No
 bilibus Stanislaw Monthegewicz et
 Jwasko Helebowicz Antecessoribusque
 ipsorum Datam et Donatam, et pro
 tunc coram nobis ut premittitur per
 modum commutationis in prefatu
 Johannem Sopha pure devolutam
 et translata, sibi De gratia et mu
 nificentia nostris Regis de novo Dare
 et conferre hoc privilegio nostro dictam
 donationem de novo confirmare et roborare
 dignaverimur. Nos itaque considerantes
 meritis et virtutibus Magnifici Johan
 nis

uis Popiha, quibus nobis antecessori-
busque nostris sedulo placere) studuit
et idemque in futurum studere) placet,
horum et aliorum omnium merito,
vram intuitu, sibi et legitimum suis
Successoribus prefatam villam Both-
ky nuncupatam cum omnibus homini-
bus ibidem existentibus ad eandem vil-
lam sive bona quomodolibet spectan-
tibus, ac insuper forum et foralia
ex eodem quomodolibet provenientia
civium et hominum tabernarumque
in eadem villa sive bonis liberam
fundationem, locationem et constru-
ctionem Dedicimus, donavimus et con-
tulimus, iterumque De novo damus
et conferimus tenore) presentium me-
diante) per ipsum Dominum Johan-
nem Popiha, et suos Successores legitti-
mamque posteritatem, predictam Vil-
lam Bothky, una cum omnibus et
singulis Rmelhoribus, proventibus, ar-
gris, cultis et incultis, pratis, fuis, bor-
ris, silvis, venationibus, cupis, aquis
fluvii, gurgitibus, et earum decur-
sibus, stagnis, piscibus, et piscinis, Mo-
lendarinis, hominibus constructis et con-
struendis

781

struendis, alucariis, apibus, et melle ex
inde proveniente, censibus, laboribus, Da-
ciis alias Dyakla, et generaliter uni-
versis et singulis, obventionibus et attinen-
tiis quibuscunque nominibus vocatis,
quomodolibet ad dictam villam pertinen-
tibus, que nunc sunt et in ea fieri pos-
sunt, ita latè, longè, et circumferentia-
liter, prout dicta villa Bothki a bonis
cujusdam Nobilis Schashini usque
ad fluvium Nuræc, et à fluvio Nuræc
usque ad Villam Adrianeryze, et conse-
quenter ad Nobiles Jakubowscy usque
ad fluvium Nur suis in limitibus et
grauiciibus est distincta et limitata,
cum omni jure dominio et proprietate
nihil ibi juris et proprietatis pro nobis
et Successoribus nostris Magnis Duci-
bus Lithuanie reservantes, tenendum,
habendum, pacifice possidendum, uti fru-
endum, donandum, commutandum, ven-
dendum, resignandum, ac in suos suc-
cessorumque suorum usus beneplacitos
convertendum, prout sibi, et Successori-
bus suis melius et utilius videbitur
expedire in perpetuum. Quam qui-
dem curia ac villa prefata com-
mutationem, ut premissum est co-
ram nobis factam, serenissimeque
Principis Alexandri Polonie Regis etc.
Germani predecessoris nostri Donatio-
nem

nem ratam et gratam habentes, admit-
tendum, approbandum, ratificandum, et
confirmandum duximus, admittimus,
que et approbamus, ratificamus, et et
confirmamus presentis scripti
decernentes eandem robur perpetue fir-
mitatis obtinere, in cuius rei testimo-
nium, sigillum nostrum Magni Du-
catus lithuanie presentibus est subap-
pensum. Actum Viaticovia feria tertia
in Vigilia Conceptionis gloriose Vir-
ginis Marie, anno Domini millesimi
quingentesimo duodecimo, Regni ve-
ro nostri anno sexto, presentibus ibi-
dem magnificis, generosis et Nobili-
bus Stanislas Piotrowicz Marsaleo terre
ivi Magni Ducatus lithuanie, et ca-
pitaneo generali Grodnenzi, Alberto Ja-
nowicz Marsaleo Magni Ducatus ca-
pitaneo Carneni, Boguslaw Bohowiti-
nowicz Marsaleo tenutarioque in Do-
ugij, Jacobo Kunerowicz Equitone Curie
nostre, tenutarioque Lepnenui, et Wol-
kuch Kopeck tenutario in Lirmori, et
Georgio Dowoynowicz, et aliis quam
Plurimis consiliariis et Curienibus nostris
testibus ad premissa sincere et fidelibus di-
lectis.